Θρᾶκες. Γετικαῖοι. 200 π.Χ.

Ρομφαία. Μακεδόνες (φίλιππος).

Erant pleraque silvestria circa, incommoda phalangi maxime Macedonum: quae, nisi ubi praelongis hastis velut vallum ante clipeos obiecit (quod ut fiat, libero campo opus est) nullius ad modum usus est. Thracas quoque rhomphaeae[1], ingentis et ipsae longitudinis, inter obiectos undique ramos impediebat — T. Λίβιος Βιβλ. XXXI Κεφ. 40.

187 π.Χ.

... At, hercule, ne iisdem (adminenente fortuna, quid, si hostem habuissemus, casurum fuisset) quum redeuntes in latrunculos Thracas incidissemus, caesi, fugati, exuti impedimentis sumus. — Βιβλ. XXXVIII Κεφ. 46

Pro his triumphus petitur? Si nihil in Thracia cladis ignominiaeque foret acceptum, de quibus hostibus triumphum peteres?

(1) Rhomphaea erat teli Thracici genus, praelongum, anceps sive quod ex utraque parte caesim ferire posset. Cf. Martinii Lexicon (sev. Rumpiae scripsit Bekker.

Ὅρα ... Saglio T. IV σ. 865 ... ῥομφαίαν.

Θράκη, Πυριαῖοι. 187 π.Χ.
Χερσόνησος. Λυσιμάχεια.

Κεφ. 49 .. An etiam per Thraciam saltus patentes, qui an-
gusti erant, et plana ex arduis, et culta ex silve-
stribus facere potui, et praestare, necubi notis sibi
latebris delitescerent latrones Thraces, ne quid sar-
cinarum raperetur, ne quod immentum ex tanto ag-
mine abstraheretur, ne quis vulneraretur, ne ex vul-
nere vir fortis ac strenuus Q. Minucius moreretur.

Βιβ. XXXIX .. Itaque asperius paulo iter iter in Thracia,
Κεφ. 1. et exercitatior hostis magna clade eos castigavit.

Βιβ. XXXIII. 196 π.Χ.
Κεφ. 40 .. Occupatis majoribus suis rerum alia-
rum cura, primo quaedam ex his Ptolemaeum, de-
inde et Philippum usurpandae alienae possessionis
causa tenuisse. Chersonesus quidem et proxima Thra-
ciae, quae circa Lysimachiam sint, quem dubitare
quin Lysimachi fuerint? Ad ea recipienda in antiquum ejus
venisse et Lysimachiam, deletam Thracum impetu, de integro condere,
ut Seleucus filius eam sedem regni habeat. »